

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Jacob Sebastian Lauremberg

**Programma Quo Facultatis Iuridicae Decanus, Jacobus Sebastian Lauremberg,
Iuris D. Pandectarum Professor Ducalis, Consistorii Provincialis Assessor ... Ad
Disputationem Inauguralem Qua Vir Consultissimus & Clarißimus Dn. Joannes
Mitzel ... III. Octobris in Auditorio ...**

Rostochius: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741215055>

Druck Freier  Zugang



Lesean der Alten,
deren Vorordnung,
Meinungsbildung

R U jür. 1667
Jacob Sebastian Laurenburg, Pres. 16
Johannes Miegel, Resp.
mit Progr.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn741215055/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741215055/phys_0002)



L.S. 27.

PROGRAMMA
FACULTATIS JURIDICÆ
Quo
DECANUS,
JACOB SEBASTIAN
LAUREMBERG, Juris D. Pan-
declarum Professor Ducalis, Consisto-
rii Provincialis Assessor,
suo, & prædictæ amplissimæ Facultatis nomine,

Ad
DISPUTATIONEM INAUGURALEM

Quâ
VIR Consultissimus & Clarissimus
DN. JOANNES MITZEL, Stral. Pom.,
J.U. Candidatus Eximius,
III. Octobris in Auditorio majori
Horis ante & pomeridianis.

pro rite & solemniter consequendis summis, in jure
utroq; honoribus, Titulis & privilegiis defungetur,
Magnificum DN. Rectorem, Professores omnium Facul-
tatum Celebratissimos, cunctos præterea, qui syncero Juris & Ju-
sticiae amore tenentur, aut flagrant, præprimis venustissi-
mum Studiosæ Juventutis florem, insigne Lycei nostri
ornamentum, officiose & amiciter invitat.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1667.

15.



Cilicet quot homines, tot senten-
tiæ: et quot sub sole istorum myria-
des, tot ingeniorum, animorum-
que crediderim depræhendi, ob-
servariq; posse varietates, figuræ,
discrimina; C. Plinius Veronensis,
impiger, si ullus, & Sagacissimus
rerum Naturæ, in venustissimo Historiæ suæ opere,
confidenter asserit, in Universi orbis tractu, & latifun-
dio non repperiri, nec sisti posse, vel tantum duos,
nendum plures, qui facie, & vultu, & lineamentis omni-
bus, & membrorum positu, atque corporis, usque
quaque sibi sint similes: Hæc mea est sententia, potiori
jure istam disparilitatem in ingenii mortalium adver-
tere nos debere: quemadmodum enim quilibet, qua-
si naturæ imperio, aut ductu, ad virtutem, aut vici-
um, ut sic dixerim, privum, & familiare propendet,
interdum & impetu, ceu equus subditis calcaribus so-
let, properat, aut ruit, ita & cuiusvis ad certa inclinat,
& rapitur genius studia, aut artes. Loquar primum
Monarchs, & orbis dominatores, quorum ad exem-
plum omnes, si boni sint commatis, conformare se
omnino debent, si recorditer regnent, pravique tena-
ces, tamen æmulari eorum mores qui placere se stu-
dent imperantibus, & omnia principum honesta atque
inhonesta non laudare tantum, sed & sequi solent, com-
perimur. Nero bestia verius quam homo, aut homi-
nis

nis certe monstrum aurigari, *Claudius*, aleam ludere,
Flavius Domitianus, itemque *Theodosius II.* Sagittare,
& iacula emittere, *Aurelius Commodus* ille vere gravis
& incommodus Reipublicæ, & cunctis, cum gladia-
toribus congregredi & decertare *Heinricus I.* fallere vo-
lucres laqueis viscoque, *Ptolemæus Philadelphus*, & *De-*
metrius Poliorcetes fabricare Machinas, *Antonius Pius*
hortos agrosque colere, relictis etiam interdum seriis
publicisque (quis laudet!) tam industrie, & sedulò,
tanto cum animi prolubio, & oblectatione, ut quem-
vis ad suum istud excercitamentum, non adeo tamen
decens Virum Principem, aut ornans, naturam for-
massè, aut finxisse videri potuisset. Imperatorium
certe magis studium, *Alphonsi Castulonensis* fuit
qui coelos, & defectus lunæ varios, solisque labores
observavisse, & scrutatus esse, *Gordiani*, qui Poesi adeo
deditus, ut libros disertissimorum, leporis, dulcedi-
nis, & gravitatis multum habentium versuum triginta,
conscriptibellasse, *Elii Adriani*, & *Aurelii Alexandri Severi*,
qui Græcanica oppidò tractasse, *Claudii Taciti*, qui hel-
luo literarū tant⁹ fuisse ut nunquā totam noctē somno
sed & aliquam ejus partem studiis impenderet, in an-
nalibus leguntur; Neque aliter comparatum est pro-
fecto, cum privatæ condicionis hominibus, suus cuiq;
mos, trahit sua quemq; voluptas, non omnes eodem
delectantur vitæ genere; Mittamus quæstuosam
Mercurialium Virorum turbam, Opificum, nauta-
rum,

JP, Anno 1667.

xum, institorum, tam diversi ordinis, tam diversæ se-
cta, operarum, ut vel nomina defiant, quibus plane,
latineque indigitentur. Ipsi Musarum adscriptitii, aut
cultores, non unam incedunt viam, non uno ambu-
lant tramite: Evidem ambitiosum, aut temerarium
foret, judicare, aut definire, nec arrogantiæ criminis,
aut culpæ expers, quæ artium, aut scientiarum præ-
stantissima judicanda; id tamen dicere ausim, ex iis,
quæ Civilem, Politicamque vitam formant, Jurino-
stro dignationis, utilitatisque Eminentiam esse adjudi-
candam; cui assiduissimam inde operam, & tempora
impartiti sunt, è Romanis Imperatoribus *Caesar Julius,*
Galba, Aurelius Antoninus, Constantinus M. & pene alii
innumerabiles, quorum memoriam gloriosam Codex
repetitæ Prælectionis quasi Nomenclator aliquis, aut
index colit, & præsentat: Verumenimvero palmam
præripuit omnibus *D. Justinianus*, qui insomnes exegi-
se se gloriatur noctes (& quis non credat?) ut opus de-
speratum, & immensum, tot mille Voluminum, &
mole sua terribile, confusumque, in luculentam erige-
ret consonantiam, qui cœu Atlas aliquis humeros subdi-
dit prothymè, moli inconditæ & informi veterum Le-
gum Chaos;

Hanc divinarum humanarumq; rerum noticiam
aut scientiam, judicij rectitudine consilium suggeren-
te, amplexus est Præcellens, & Clarissimus Vir DN
JOANNES MITZEL, qui ne cruda in forum, aut aulan-

611

aut academiam, cuiusunque tandem destinatus functioni sit
calitus, protruderet, liberalium artium studia & elegantio-
res literas felici, & raro (non adulor) contubernio
cum ista LL arte copulavit, opeque summa, tamque
alacriter Civilis Sapientiae, Jurisque mysteria perscrutatus est, ut ipsi, perfecto legitimo opere, precium
præmiumque laborum, vigiliarumque meritò debeatur; at enim vero ne morem vetustum, nec adeo inlau-
dabilem migravisse arguamur, CL. DN. Candidati no-
stri Virtute atque eruditione conspicui Historiam vitæ
memorabimus. Natus ille est patre Prænobili atque Strenuo
GEORGIO MITZELN, Sereniss. Regie Majestatis Sve-
cica desultoriorum Equitum Turma præfecto, sive Capita-
neo: Matre APOLLONIA Haußmannin / quæ ex claris-
simâ Simmeræ in Palatinatu inferiori quondam, nunc
Bredæ in Brabantia florentissimâ familiâ originem duxit.
His parentibus nondum primo etatis exacto lustro orbatum,
cum alius publicè constitutis tutoribus, in primis vir Integerri-
mus DN. M A R T I N U S Diederichs / civis ac negotiator
apud Stralsundenses honestissimus, parentum vices edecu-
matâ pietate suscipiens, non solum per domesticam, sed &
publicam Gymnasii dictâ urbis disciplinam, omnibus & pie-
tatis & literarum, quæ quidē in istam etatem cadunt, rudi-
mentis sollicit & semper cura imbui curavit, donec post amplio-
res in studiis progressus, quos in literario isto ludo, sub Viris
multo Doctissimis, informandaque juventutis dexteritate
præstantissimis fecerat, iisdem suadentibus, ad celebrem,

Iube-

JP, Anno 1667.


Lubecensium Scholans ablegaretur, ubi Praeceptoribus, quos
tum illa Schola, ut in omni eruditio[n]is genere, ita pr[es]ertim
historia cognitione excellentes habebat, bodieque in Philolo-
gia habet Viros exultissimos, tum in aliis omnibus liberali-
bus studiis, tum in primis in frequentibus Declamationum
exercitiis adeò satis fecit, ut ipsi illi sublimius aliquod, & pra-
eter cetera Julium Lyceum adire auctores fuerint. Cui consi-
lio non refragatus, cum Helmestadium Anno 1660. ingressus
esset, hospitem elegit magnum illud Germaniae decus HER-
MANNUM CONRINGIUM, cuius tum publicatum pri-
vatā informatione in iis, quae ad arduam civilis prudentiae
scientiam facere videbantur, cum per biennium perfruitus fu-
isset, pr[es]ter alia Philosophorum tam lectionum quam dispu-
tationum instituta exercitia, & Ctorum etiam, uti D N.
HAHNII, EICHELII, GLÆSERI &c. interea handne-
glexit: sed ipsorum auditoria, eā qua potuit, sedulitate fre-
quentavit. Hinc à Curatoribus ob res familiares suas,
quas turbulentus istius tempestatis in Pomeraniā status, non
minus ac alia omnia involuerat, componendas, revocatus,
Stralsundumque Anno 1662 reversus, negotio propter quod
venerat expedito, in Electoralem Prussorum Academiam co-
instituto abiit, ut omni isth[ic]e studiorū decurso studio, peregrina-
tioneq[ue] in institutā & peractā, summa nostri studii conseque-
retur præmia. Quod cœptum institutū, cum semper, quo ad po-
tuerit, gnariter ursisset, tum fructuissimā conversatione, tum
exquisitissimā informatione Virorum quorumvis, partim in
Aula, partim in Athenaeo illo Borussico multò maximè Illus-
trium

strium, per Integrum quadriennium usus, interea à Viro Nō-
biliſ. atque Consultiſ. DN. PETRO WEGERO, jCto
Celeberrimo, Serenif. Elect. Brandeb. Consil. Confistor. Su-
premi Appellation: nec non Judicii Aulici in eādem provincia
Advocato Ordinario, ad Ephoriam filii unici, PETRI WE-
GERI, Philosoph. E LI. Studioſi in hac noſtra Academiā
florentiſimi, vocatus, hanc cum ipſo Academiam adire, E
biennio inter studiorum culturam hic bene locato, per Germa-
niam, Galliam Angliam, Bataviam &c. peregrinari jussus
est. Quod arduum prolixi itineris negotium cum jam propè
ſuscipiendum instaret, postquam non ſolam Opponentis mu-
nus ſapiens, ſed et concinnatā diſſertatione de INDULTIS
MORATORIIS, Praefide Viro Nobilissimo atque Excel-
lentissimo DN. HERMANNO Lembken / Antecessore E
Synclico opidanae hujus Reip. merentiffimo, in hac Varniacā
Respondentis partes, ſumma cum laude, E maximo audi-
torum plauſu ſuſtinuiſſet, metam ſtudiorum attigiffe ratus,
ab Ampliſſima Facultate noſtra, honestiſſimo ambitu
& laudabili prenſatione virtutis eruditioſisque exi-
miæ, aut hoſtimentum, aut mercedem, Supremos in
jure Honores ſibi confeſſi amabili decentiā petiit;
Quæ ſicuti nihil magis in votis habet optatque flagran-
tiuſ, quam ut Eximiorum Virorum Juvenum, ſtu-
diorum certā fiduciā ſuccinſtorum, & ad magna tenden-
tium pulcerrimas destinationes omnibus modis pro-
motum ire poſſit; ita prædicto Clarissimo Dn. Candi-
dato, viam pandere & adiutum ad privatum Examen
rigo-

rigorosum nihil est pigrata: in quo se Legum Jurisque
egregie solerter dedit, ingenijq; nobis promptitudi-
nem & Eruditionem solidam satis & super probavit.
Restat nunc publicus agon, & certamen seu disputatio,
ut dici sverit, Inauguralis, quam conscripsit eruditam
sane, atque elaboravit DE LECTI^EN^E ET RELA-
T^EIONE ACTORUM SENTENTIISQ; EX ILLIS
CONCIPENDIS; hocce fine, ut sicuti Nobis priva-
tim, egregie ostendit, sic omnibus publicitūs innoce-
scat dignissimum esse eum, qui exornerur & insigniatur
DOCTORALIBUS TITULIS ATQ; INSIGNI-
BUS. Dicta dies est panegyri huic z. imminentis Men-
sis Octobr. quapropter, ut eam accessu & præsentia,
audientiæ favore, Examinis placidi & benivolentis
symbolis honorare dignentur, officii ratione, quod in
præsens fungor, meo, & Amplissimæ Nostræ Faculta-
tis nomine Magnificum DN. Rectorem, DN. Profes-
sores, omnium Facultatum Excellentissimos, cun-
ctosq; præterea, quibus alma Themis, Musæq; invisæ
non sunt, aut odio, præprimis Nobilissimam Studio-
sorum Juvenum Coronam, etiam atq; etiam vehemen-
ter officioseq; rogo, atq; DN. |Candidatem beneficij
tanti ætatè recordatissimum fore spondeo, meq;
ad omnem officiorum promptitudinem bo-
nâ fide obstringo, mancipoq;.

Huc proponit, q[uod] fecit cap-
ta, b[ea]t[us] flatus.

nis certe monstrum aurigari,
Flavius Domitianus, itemque
 & iacula emittere, *Aurelius C*
 & incommodus Reipublicæ,
 toribus congregri & decertare
 lucres laqueis viscoque, *Ptole*
 metrius Poliorcetes fabricare M
 hortos agrosque colere, reliquias
 publicisque (quis laudet!) tam
 tanto cum animi prolubio, & c
 vis ad suum istud exercitamen
 decens Virum Principem, au
 masse, aut finxisse videri potu
 certe magis studium, *Alph*
 qui coelos, & defectus lunæ v
 observavisse, & scrutatus esse, C
 deditus, ut libros disertissimor
 nis, & gravitatis multum haben
 conscribellasse, *Elii Adriani*, &
 qui Græcanica oppidò tractasse
 luo literarū tant⁹ fuisse ut nunqu
 sed & aliquam ejus partem studi
 nalibus leguntur; Neque aliter
 facto, cum privatæ condicionis
 mos, trahit sua quemq; voluptas
 delectantur vitæ genere; Mi
 Mercurialium Virorum turban



the scale towards document

aleam ludere,
 II. Sagittare,
 le verè gravis
 , cum gladia.
 I. fallere vo
 lolphus, & De
 Antonius Pius
 terdum seriis
 e, & sedulò,
 ne, ut quem
 adeo tamen
 naturam for
 operatorium
 sionensis fuit
 sque labores
 ui Pöesi adeo
 ris, dulcedi
 um triginta,
 candri Severis,
 iciti, qui hel
 octē somno
 eret, in an
 um est pro
 s, suus cuiq;
 es eodem
 astuosam
 um, nauta
 rum,

• 7 p. Anno 1667.